omnium atque oculos intuemur. Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexible, quàm voluntas erga nos sensusque civium : qui non modò improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in rectè factis sæpe fastidiunt.

Hunc diem igitur campi speratum atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus et facinus præ se ferens, et confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? quàm hoc non credibile in hoc? quàm idem in Clodio non dubitandum, qui se, interfecto Milone, regnaturum putaret? Quid, quod caput audaciæ est, judices? quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem? In utro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nunc reus est facti, aut præclari, aut certè necessarii? an in Clodio, qui ita judicia pœnamque contempserat, ut eum nihil delectaret quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret?

Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? Te, Q. Petili, appello, optimum et fortissimum civem; te, M. Cato, testor; quos mihi divina quædam sors dedit judi-

licada, tan tierna, tan fragil, ó flexible, como el afecto de los ciudadanos para con nosotros, y el concepto, que de nosotros han formado, y así no solo se irritan contra la maldad de los pretendientes, sino que aun muchas veces los disgusta lo bien hecho.

¿Representándose pues asi Milon este dia de las elecciones, esperado y deseado, se venia á aquellos augustos auspicios de las centurias, manifestando y confesando en sus manos ensangrentadas la maldad, que habia hecho? ¿ Cuán poco creible es esto en este? ¿ al mismo tiempo, cuán indubitable en Clodio, que pensaba reinar, muerto Milon? ¿ Y qué diremos, Jueces, de lo que voy á decir, que es la principal fuente de la osadia? ¿ quién ignora, que la esperanza de la impunidad es el mayor cebo para delinquir? ¿Cual pues la tuvo de los dos? ¿Milon, que aun ahora es acusado de un hecho, ó esclarecido, ó á lo menos forzoso: ó Clodio, que habia despreciado de manera la justicia, y el castigo, que nada le gustaba que no fuese, ó injusto por naturaleza, ó prohibido por las leyes?

¿Mas para que me canso en disputar? ¿ A tí apelo, Q. Petilio, ciudadano de la mayor bondad y fortaleza, á tí, M. Caton, pongo por testigo, ya que una suerte celestial me os dió por jueces. Vosotros oisteis de boca

ces. Vos ex M. Favonio audistis, Clodium sibi dixisse, et audistis, vivo Clodio : periturum Milonem triduo. Post diem tertium gesta res est quàm dixerat. Cùm ille non dubitaret aperire quid cogitaret, vos potestis dubitare quid fecerit?

17. Quemadmodum igitur eum dies non fefellit? dixi equidem modò. Dictatoris Lanuvini stata sacrificia nosse, negotii nihil erat. Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuvium illo ipso, quo profectus est, die. Itaque antevertit. At quo die? quo, ut antè dixi, insanissima concio ab ipsius mercenario tribuno plebis est concitata : quem diem ille, quam concionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret, nunquam reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi : Miloni manendi nulla facultas, exeundi non causa solùm, sed etiam necessitas fuit.

Quid, si, ut ille scivit, Milonem fore eo die in viâ, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? primùm quæro, quî scire potuerit? quod vos idem in Clodio quærere non potestis. Ut enim neminem alium, nisi T. Patinam, familiarissimum suum, rogas-

de M. Favonio, y lo oisteis viviendo aun Clodio, que este le habia dicho, que moriria Milon dentro de tres dias : el caso pasó tres dias despues, que lo habia dicho : cuando él no dudaba descubrir lo que pensaba hacer, podeis vosotros dudar qué habrá hecho?

17. ¿Cómo pues supo el dia? ¿ya lo dije poco ha : el saber los sacrificios anuales del dictador de Lanuvio, era cosa bien facil : vió que le era preciso á Milon partir á Lanuvio en aquel mismo dia, en que partió; y así se adelantó. ¿Mas en qué dia? en un dia, en que como dije antes, el tribuno de la plebe, que tenia asalariado, alborotó aquella junta furiosísima : el cual dia, junta, y clamores, seguramente nunca él los hubiera dejado, si no fuera por correr presuroso á la ejecucion de la maldad pensada. Luego Clodio no tuvo motivo para el viaje, antes sí para quedarse : y al contrario Milon, sin arbitrio para no salir, tuvo no solamente motivo, sino aun precision de hacer el viaje.

¿Y qué se dirá, si, como él supo que Milon estaria aquel dia en camino, Milon por el contrario, ni aun lo pudo sospechar de Clodio? ¿Primeramente pregunto cómo lo pudo saber? la cual pregunta no me podreis vosotros hacer en Clodio : pues aunque no hubiera preguntado á ningun otro, sino á su grande

set, scire potuit, illo ipso die Lanuvii à dictatore Miloni prodi flaminem necesse esse. Sed etiam permulti alii, ex quibus id facillimè scire posset: omnes scilicet Lanuvini. Milo de Clodii reditu unde quæsivit? Quæsierit sanè. Videte, quid vobis largiar. Servum etiam, ut Arrus, meus amicus, dixit, corruperit. Legite testimonia testium vestrorum. Dixit C. Cassinius, cognomento Schola, Interamnas, familiarissimus et idem comes P. Clodii: cujus jam pridem testimonio Clodius eâdem horâ Interamnæ fuerat, et Romæ, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse: sed subitò ei esse nuntiatum, Cyrum architectum esse mortuum: itaque Romam repentè constituisse proficisci. Dixit hoc comes item P. Clodii C. Clodius.

18. Videte, judices, quantæ res his testimoniis sint confectæ. Primùm certè liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur in via Clodio: quippe qui ei obvius futurus omnino non erat. Deinde (non enim video, cur non meum quoque [illegible]am negotium) scitis, judices, fuisse qui

amigazo T. Patina, pudo saber que Milon aquel mismo dia habia de nombrar por precision sacerdote en Lanuvio: pero aparte de este habia otros muchísimos, de los que podia saberlo muy fácilmente, es á saber, todos los de Lanuvio. Al contrario Milon ¿á quien preguntó acerca de la vuelta de Clodio? Mas enhorabuena que haya preguntado: mirad cuanto os doy de barato: sea así enhorabuena, que haya sobornado á un esclavo, como dijo mi amigo Arrio. Leed las deposiciones de vuestros testigos. C. Casinio, por sobrenombre Scola, que es de Interamna, muy familiar, y al mismo tiempo compañero de P. Clodio, por cuyo testimonio en tiempos pasados Clodio se habia hallado en una misma hora en Interamna y en Roma, depuso que P. Clodio se habia de haber quedado aquel dia en Albano; mas que impensadamente habia tenido aviso de haber muerto el arquitecto Ciro, y que así habia determinado de pronto partir para Roma: esto mismo declaró C. Clodio, compañero tambien P. Clodio.

18. Ved, Jueces, cuantas cosas, y de ententidad, se han logrado con estas declaraciones. Primeramente Milon queda ciertamente libre de la sospecha de que hubiese salido de Roma con ánimo de poner asechanzas á Clodio, supuesto que de ninguna manera se habia de encontrar con él. Despues (porque no veo porqué no haga tambien mi negocio) sabeis que hubo

in hac rogatione suadendâ dicerent, Milonis manu cædem esse factam, consilio verò majoris alicujus. Videlicet me latronem ac sicarium abjecti homines et perditi describebant. Jacent suis testibus ii qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum. Respiravi, liberatus sum ; non vereor ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse.

Nunc persequar cætera ; nam occurrit illud : igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano mansurus : si quidem exiturus ad cædem è villâ non fuisset. Video enim illum, qui dicitur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare. Nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius Româ proficiscens reliquerat morientem? Unà fui : testamentum simul obsignavi cum Clodio : testamentum autem palàm fecerat, et illum hæredem, et me, scripserat. Quem pridie horâ tertiâ animam efflantem reliquisset, eum mortuum postridie horâ decimâ denique ei nuntiabatur?

19. Age, sit ita factum : quæ causa cur

quienes dijeron, cuando se persuadia esta ley, que la muerte se habia hecho por la mano de Milon; mas que habia sido por consejo de otro de mas suposicion: Sin duda me señalaban á mí por ladron y asesino, esos abatidos y perdidos. Mas estan por el suelo por sus mismos testigos, los cuales dicen, que Clodio no habia de haber vuelto á Roma, si no se le hubiera avisado de la muerte de Ciro : gracias á los Dioses que ya puedo respirar : ya quedé libre, ni temo que parezca que he pensado lo que ni aun pude sospechar.

Ahora iré á lo demas; pues ocurre este reparo : tampoco Clodio pensó en asechanzas, supuesto que habia de haber permanecido en Albano : eso seria, si no hubiera de haber salido de la quinta para hacer la muerte. Porque lo que yo veo es que aquel, que se dice, que le dió aviso de la muerte de Ciro, no le dió esta notica, sino la de que llegaba cerca Milon ; porque ¿á qué fin avisarle de Ciro, á quien Clodio al partirse de Roma habia dejado moribundo? Yo me hallé allí juntamente con Clodio, sellé juntamente con él el testamento, y le habia hecho abierto, dejándonos á él y á mí por herederos ¿Si le habia dejado el dia antes á cosa de las nueve de la mañana espirando, se le habia de avisar al otro dia á las cuatro de la tarde, que habia muerto ?

19. ¿Mas sea así en horabuena : qué motivo tenia

Romam properaret? cur in noctem se conjiceret? Quid afferebat causam festinationis? Quòd heres erat? Primùm erat nihil cur properato opus esset; deinde, si quid esset, quid tandem erat, quod eâ nocte consequi posset: amitteret autem, si postridie manè Romam venisset? Atque, ut illi nocturnus ad urbem adventus vitandus potiùs quàm expetendus fuit: sic Miloni, cùm insidiator esset, si illum ad urbem noctu accessurum sciebat, subsidendum atque expectandum fuit. Noctu, invidioso et pleno latronum in loco occidisset. Nemo ei neganti non credidisset, quem esse omnes salvum, etiam confitentem, volunt. Sustinuisset hoc crimen primùm ipse ille latronum occultator et receptator locus, dum neque muta solitudo indicasset, neque cæca nox ostendisset Milonem; deinde ubi multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam hæc timentes in suspicionem caderent: tota denique rea citaretur Etruria. Atque illo die certè Aricià rediens devertit Clodius ad se in Albanum. Quod ut sciret Milo illum Aricæ fuisse, suspicari tamen debuit, eum, etiamsi Romam illo die reverti vellet, ad

para su apresurada venida á Roma? ¿para hacer el viage de noche? ¿qué era lo que le metia prisa? ¿el que era heredero? ¿primeramente no habia ningun motivo, que hiciese necesaria la aceleracion: despues, si alguno hubiese, ¿qué cosa seria la que podia conseguir en aquella noche, y la perderia, si llegaba al otro dia por la mañana á Roma? Y así como él debió evitar antes que desear el llegar de noche á la ciudad: así por el contrario Milon, si era el que ponia las asechanzas, y sabia que Clodio habia de llegar á la ciudad de noche, debió detenerse y aguardar, le hubiera muerto de noche en un parage infamado, y lleno de salteadores: todos le hubieran creido negando el hecho, pues, aun confesándole, todos le desean ver libre. No descubriendo á Milon la muda soledad, y la noche oscura, se hubiera echado la culpa al mismo sitio, lo uno porque sirve de abrigo y guarida á los ladrones; lo otro, porque muchos maltratados en él por Clodio, despojados, echados de sus posesiones, y aun muchos que temian estos daños, serian sospechosos; y aun seria citada por rea toda la Etruria. Y en aquel dia Clodio de seguro, volviendo de Aricia, torció el camino para ir á Albano; y ya que no supiese Milon, que él habia estado en Aricia, sin embargo debió sospechar, que, aunque quisiese volver aquel dia á Roma, torceria al camino para ir á su quinta, que estaba junto á él:

villam suam, quæ viam tangeret, deversurum. Cur neque ante occurrit, ne ille in villâ resideret; nec eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset?

Video adhuc constare omnia, judices: Miloni etiam utile fuisse Clodium vivere: illi ad ea quæ concupierat, optatissimum interitum Milonis; odium fuisse illius in hunc acerbissimum: in illum hujus nullum; consuetudinem illius perpetuam in vi inferendâ: hujus tantùm in repellendâ; mortem ab illo denuntiatam Miloni, et prædictam palàm: nihil unquam auditum ex Milone; profectionis hujus diem illi notum: reditum illius huic ignotum fuisse; hujus iter necessarium: illius etiam potiùs alienum; hunc præ se tulisse, se illo die Româ exiturum: illum eo die se dissimulasse rediturum; hunc nullius rei mutasse consilium: illum causam mutandi consilii finxisse; huic si insidiaretur, noctem prope urbem exspectandam: illi, etiamsi hunc non timeret, tamen accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum.

20. Videamus nunc id quod caput est:

¿porqué no le salió al encuentro antes, no fuese que se quedase en ella, ni le aguardó en parage, adonde él hubiese de llegar de noche?

Veo, Jueces, que hasta aquí no hay contradiccion ninguna: que á Milon, lejos de serle perjudicial, antes le era útil que Clodio viviese; y al contrario á este ninguna cosa le era mas de desear para sus designios, que la muerte de Milon: que el odio de aquel contra este fué terribilísimo; y el de este contra aquel ninguno: que aquel siempre acostumbró usar de violencia, y este solo repelerla: que aquel amenazó con la muerte á Milon, y se la predijo públicamente, y jamás se oyó de Milon palabra ninguna tocante á eso: que aquel sabia el dia de la partida de este; y este ignoraba la vuelta de aquel: que el viage de Milon era preciso; y el de Clodio aun fuera de tiempo: que Milon no anduvo con misterio en órden á su salida aquel dia de Roma; y Clodio ocultó que volveria en dicho dia: que Milon en nada varió su determinacion; y Clodio fingió motivo para mudar de parecer: que Milon, si en efecto pusiese asechanzas, debió esperar por la noche cerca de la ciudad; y Clodio, aun cuando no temiese á este, sin embargo debió temer el acercarse por la noche á ella.

20. Vamos ahora á lo principal: veamos por fin á

locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit aptior. Id verò, judices, etiam dubitandum, et diutiùs cogitandum est? Ante fundum Clodii : quo in fundo propter insanas illas substructiones facilè mille hominum versabatur valentium. Edito adversarii atque excelso loco superiorem se fore putabat Milo, et ob eam rem eum locum ad pugnam potissimum elegerat? an in eo loco est potiùs expectatus ab eo qui, ipsius loci spe, facere impetum cogitârat? Res loquitur, judices, ipsa : quæ semper valet plurimùm.

Si hæc non gesta audiretis, sed picta videretis, tamen appareret uter esset insidiator, uter nihil cogitaret mali; cùm alter veheretur in rhedâ penulatus, unà sederet uxor? Quid horum non impeditissimum, vestitus, an vehiculum, an comes? quid minùs promptum ad pugnam, cùm penulâ irretitus, rhedâ impeditus, uxore pene constrictus esset? Videte nunc illum, primùm egredientem è villâ, subitò; cur vesperi? quid necesse est, tardè? qui convenit, id præsertim temporis? Devertit in villam Pompeii. Pompeium ut videret? Sciebat in

cual de los dos le era mas ventajoso para una emboscada el sitio mismo en donde se encontraron. Mas esto, Jueces, ¿aun se ha de dudar, y discurrir sobre ello por mas tiempo? El caso pasó delante de la heredad de Clodio, en la cual por aquellas locas fábricas podian muy bien andar mil hombres de alientos. ¿Milon pensaba salir con ventaja, teniendo su contrario en lugar alto y elevado, y por eso habia elegido este puesto antes que otro para la pelea? no debia antes esperarle en él, aquel que habia pensado en acometer confiado en la misma situacion del terreno? Lo dice, Jueces, por sí misma la cosa, que siempre hace muchísima fuerza.

Si no oyerais como pasó esto, sino que lo vierais pintado, sin embargo se veria claro cual de los dos era el que habia puesto las asechanzas, y cual no llevaba ningun mal pensamiento, yendo en coche, con capa, y llevando al lado á su muger. ¿Cual de estas cosas no es la mas embarazosa, el vestido, el coche, ó la compañía? qué peor disposicion para un combate podia tener, hallándose enredado en la capa, embarado en el coche, y casi con grillos por la muger. Ved ahora al otro, lo primero salir de la granja de repente : ¿por qué al anochecer, qué necesidad habia de hacer el viage despacio? ¿cómo viene bien esto, particularmente en este tiempo? ¿torció el camino á la

Alsiensi esse. Villam ut perspiceret? millies id eâ fuerat. Quid ergo erat moræ et tergiversationis? Dum hic veniret, locum relinquere noluit.

21. Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum uxore, tum sine eâ; nunquam non in rhedâ; tum in equo. Comites Græculi, quocumque ibat, etiam in castra Etrusca properabat; tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui nunquam, tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat, et ancillarum greges. Ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat? tum neminem, nisi ut virum à viro lectum esse diceres. Cur igitur victus est? quia non semper viator à latrone, nonnunquam etiam latro à viatore occiditur; quia, quanquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros.

Nec verò sic erat unquam non paratus Milo contra illum, ut non satis ferè esset

granja de Pompeio. ¿ Para qué? ¿para ver á Pompeio? sabia que se hallaba lejos de allí en el territorio de Alsio. ¿ Para ver la granja? mil veces habia estado en ella. ¿A qué era pues la tardanza, y detencion? es que no queria desemperar el puesto, haciendo tiempo mientras este llegaba.

21. Comparad ahora el viage de un ladron á la ligera con los embarazos de Milon, aquel siempre antes con la muger, entonces sin ella: siempre en coche, entonces á caballo: siempre acompañado de Griegueci-llos adonde quiera que iba, aun cuando marchaba apresuradamente á los reales de Etruria; entonces no llevaba en su compañía ningunas bagatelas. Milon, que nunca lo acostumbraba, entonces llevaba casualmente los niños de música de su muger, y manadas de esclavas. Aquel, á quien siempre acompañaba una turba de deshonestos, hombres y mugeres, entonces iba sin ninguno, de manera que diriais que habia escogido de intento los mas fuertes y valientes. ¿ Por qué pues fué vencido? porque no siempre muere el caminante á manos del ladron, algunas veces tambien mata al ladron el caminante: porque, aunque Clodio acometió provenido á los que no lo estaban, sin embargo era una muger la que acometia á hombres.

Ni estaba jamás Milon tan desprevenido contra él, que no estuviese casi bastante prevenido. Siempre pen-

paratus. Semper ille, et quantum interesset P. Clodii se perire, et quanto illi odio esset, et quantum ille auderet, cogitabat. Quamobrem vitam suam, quam maximis præmiis propositam et pene addictam sciebat, nunquam in periculum sine præsidio et sine custodiâ projiciebat. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui sæpe spoliantem jam et exultantem evertit, et perculit ab abjecto. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis; qui, cùm à tergo hostem interclusum reliquisset, nihil de ejus extremis comitibus cogitavit; in quos incensos irâ, vitamque domini desperantes cùm incidisset, hæsit in iis pœnis quas ab eo servi fideles pro domini vitâ expetiverunt. Cur igitur eos manumisit? metuebat scilicet, ne indicarent; ne dolorem perferre non possent; ne tormentis cogerentur occisum esse à servis Milonis in Appiâ viâ P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore? quid quæris? occideritne? occidit. Jure, an injuriâ? Nihil ad tortorem. Facti enim in equuleo quæstio est, juris in judicio.

saba él cuanto importaba á P. Clodio su muerte, cuanto aborrecimiento le tenia, y á cuanto se atrevia la audacia de Clodio. Y así jamás esponia su vida á riesgos, sin ir con buena escolta, resguardo, sabiendo los grandes premios ofrecidos por su cabeza, y que no faltaba mas que el pregonarla. A esto se llega la fuerza de la casualidad, la incertidumbre de los sucesos en los encuentros, la imparcialidad de Marte, que no pocas veces ha levantado al caido para derribar y deshacer al que ya estaba cogiendo los despojos, y cantando la victoria. A esto se añade la impericia de un capitan harto de comida y de bebida, medio dormido, que habiendo dejado al enemigo cortado por la retaguardia, no se acordó de pensar en los compañeros, que llevaba en ella: habiendo caido en manos de estos, que ardian en ira, y daban por perdida la vida de su señor, llevó el castigo que procuraron darle unos siervos fieles en defensa de la vida de su amo. ¿Porqué pues les dió libertad? temia sin duda no le descubriesen; no pudiesen sufrir el dolor; no los obligasen los tormentos á confesar que P. Clodio habia sido muerto en el camino Apio por los esclavos de Milon. ¿Qué necesidad tenemos de tormentos? ¿ qué preguntas? ¿si le mató? le mató. ¿Con razon, ó sin ella? eso no toca al tormento; porque en el potro solo se averigua el hecho, y el derecho en el juicio.

22. Quod igitur in causâ quærendum est, id agamus hic; quod tormentis invenire vis, id fatemur. Manu verò cur miserit, si id potiùs quæris, quàm cur parum amplis affecerit præmiis, nescis inimici factum reprehendere. Dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter et fortiter, M. Cato; dixitque in turbulentâ concione, quæ tamen hujus auctoritate placata est, non libertate solùm, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse qui domini caput defendissent. Quod enim præmium satis magnum est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus servis, propter quos vivit? Etsi id quidem non tanti est, quàm quòd propter eosdem non sanguine et vulneribus suis crudelissimi inimici mentem oculosque satiavit. Quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuissent conservatores domini, ultores sceleris, defensores necis. Hic verò nihil habet in his malis, quod minùs molestè ferat, quàm, etiam si quid ipsi accidat, esse tamen illis meritum præmium persolutum.

Sed quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis. Qui-

22. Tratemos pues aquí lo que se debe inquirir en la causa; porque lo que quieres averiguar por medio de los tormentos, lo confesamos. Mas, si preguntase porqué les dió libertad en vez de preguntar, porqué no los dió mayores premios, no sabes acriminar el hecho del enemigo. Pues dijo este mismo M. Caton, cuyo caracter en todo es la constancia y fortaleza, y lo dijo por cierto en una junta alborotada, que sin embargo se apaciguó por su autoridad, que habian sido dignísimos, no solo de la libertad, sino tambien de todo premio, unos siervos, que habian defendido la vida de su amo, ¿Porque qué premio es bastante correspondiente para unos siervos tan amantes, tan buenos, y tan leales, por quienes vive? aunque esto á la verdad no es tanto, como el que por ellos no sació con su sangre, y heridas, los deseos, y vista de su cruelísimo enemigo y mas, cuando, si no los hubiera puesto en libertad, habia tambien de haberlos entregado al tormento en pago de haber conservado á su señor, vengado la maldad de su enemigo, y defendidole de la muerte. Ciertamente este no tiene en estos males nada, que le alivie el sentimiento, sino que, aun cuando á él le venga algun mal, ya les ha dado el premio merecido.

Mas dirás, que cargan á Milon las declaraciones tomadas poco ha en el atrio de la Libertad. ¿A qué sier-